Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



5

filius hominum difficile est gratia in labiis tuis ℣ Eructa
vit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi lingua
mea calamus scribe velocit scribentis Alleluia ℣ Dominus
dominus regnavit decorem indutus est induit dominus fortitudinem et p
cinxit se virtute Sequentia Ante secula Sedm
Illo tpe Erant ioseph et maria Tractan
mater ihu mirantes super his que dicebant
de illo et benedixit illis symeon et dixit ad ma
riam matrem eius Ecce positus est hic in ruinam
et resurrectionem multorum in israel et in signum
cui contradicet Et tuam ipsius animam pertran
sibit gladius ut revelentur ex multis cordi
bus cogitationes Erat anna prophetis
sa filia phanuel de tribu aser Hec processe
rat in diebus multis et vixerat cum viro suo
annis septem a virginitate sua Et hec vidua
erat usque ad annos octoginta quatuor Qui
non discedebat de templo seruiens
nocte Et hec ipsa hora supe
ueniens confitebatur domino et loquebat de
illo omnibus qui exspectabant redemptio
nem israel Et ut perfecerunt omnia secundum legem
domini reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam
nazareth Puer autem crescebat et con
ualescebat plenus sapientia et gratia dei erat
cum illo Credo in unum dm Offertorium
tus enim firma
ui orbem terre qui non commouebitur parata sedes tua deus ex
tunc a seculo tu es Sec Concede quesumus dne nos